mentum non niſi poſt mortem demum teſtatoris valere, per-
fectionemque ſuam accipere, l. qui hæreditatem 19. & l. no-
minem 27. ff. de acquir. vel omitt. hæredit. propterea quod
28 † eius voluntas vſque ad obitum ambulatoria, & reuocabi-
lis eſt, l. quod ſi iterum 4. ff. de adimend. vel transfer. legat. l. 1.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. capit. cum Marthæ, 6. §. nouiſſimum
etenim. Ibique Gloſſ. ſuper verſic. non valet de celebratione
29 Miſſarum, in tantum, vt nemo † eam ſibi legem dicere poſſit,
vt à priori voluntate non recedat, l. ſi quis 32. in princip. ff. de
30 legat. 3. Hinc † teſtamentum vocatur iudicium mortuorum,
l. quoniam 15. C. de teſtament. ſuprema voluntas, l. cum hic
ſtatus 32. § ait oratio. ff. de donatione inter virum, & vxorem
ſupremum, & poſtremum iudicium, l. milites 5. C. de religioſ.
& ſumpt. funer. dict. l. quoniam 15. & l. omnium 19. C. de
teſtament. morientis ſupremum arbitrium, l. nolumus 20. C.
eodem, item vltimum elogium, l. furioſum 19. in princip. C.
qui teſtament. facer. poſſ. l. cum furioſi. l. cum lege 56. C. de
Epiſcopis, & Cleric. Reuſner. prædicto tractatu de teſta-
31 ment. parte prima, capit. 1. numer. 10. Quin † & hoc illa de-
finitionis verba indicant: ſufficere conſenſum eius, qui teſta-
mentum condit, ad teſtamentum faciendum: quo nomine à
contractu teſtamentum diſcernitur. Etenim contractus mu-
tuo duorum conſenſu conſtat, l. 1. §. 2. & 3. ff. de pact. l. ſi & me.
32. ff. de rebus credit. At teſtamentum ab vnius conſenſu pen-
det, nec in alienum arbitrium confertur, l. 1. vbi Gothofred.
ff. de legat. 2. l. fideicommiſſa. 11. §. quamquam 7. ff. de le-
gat. 3. l. vtrum 7. §. 1. ff. de rebus dubijs, l. nonnunquam 52.
32 ff. de condit. & demonſtration. Et † propter ea appellatione
teſtamenti non continetur contractus, nec appellatione con-
tractus teſtamentum, l. verba contraxerunt 20. ff. de verbo-
rum ſignific. Duaren. ad tit. ff. qui teſtament. fac. poſſ. cap. quid
ſit teſtamentum ante finem. *Harprec.*

## QVÆSTIO II.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quo iure introducta fuerit teſtamenti factio.*

Ex Additionibus.

1 *Recenſentur Auctores, qui ſtatuunt, teſtamentum iuri ciuili adſcribendum.*
2 *Auctores, qui concludunt, teſtamentū quoad originē, & inuentionem iuris gentium; quoad formam verò, iuris ciuilis eſſe.*
3 *Huius ſententiæ fundamenta, & rationes.*
4 *Illud, quod confirmat, nihil noui, aut proprij tribuit.*
5 *Quiſq; dominus liberā habet de rebus ſuis diſponendi facultatē.*
6 *Diſpoſitio per vltimam voluntatem fauorabilior diſpoſitione inter viuos.*
7 *Beneficia iure ciuili quæſita quilibet paſcicēdo amittere poteſt.*
8 *Facultas teſtandi nulla conuentione amittitur.*
9 *Coniunctio maris, & fœminæ cui iuri adſcribatur.*
10 *Ius ſuccedendi ab inteſtato eſt iuris gentium, & naturalis.*
11 *Princeps poteſt tollere, quæ ſunt iuris ciuilis.*
12 *Forma dat eſſe, & originem rei.*
13 *Forma teſtandi quatenus debeatur iuri ciuili.*
14 *Beneficia iuris ciuilis quæ.*
15 *Legata, & fideicommiſſa, quas actiones pariant.*
16 *Effectus huius quæſtionis, vtrum iure ciuili, an gentium teſtamentum ſit introductum.*
17 *Vnum ius ciuile tollit alterum.*
18 *Iura gentium ſemper immutabilia.*
19 *Princeps ex plenitudine poteſtatis nequit derogare priuatorum teſtamentis.*
20 *Princeps ſine iuſta cauſa alicuius ius quæſitū auferre nō poteſt.*
21 *Suprema hominum iudicia exitum habere publicè expedit.*
22 *Liber debet eſſe ſtylus vltimæ voluntatis.*

## ADDITIONES.

a TEſtamenti factio.] An teſtandi facultas à natura ſit, vel à lege tributa, adeò vt ſine legis permiſſione non liceat hominibus teſtari, hoc eſt in illud tempus de rebus ſuis diponere, quo domini eſſe deſierūt, vide Plat. lib. 11. de legibus. *Gouean.*

b *De iure ciuili.*] Adde
1 huius † ſententiæ plures Auctores, Accurſium in l. 1. in verb. ciuitatis noſtræ, ff. de acquir. rer. domin. & in l. ſunt quidam 17. in verb. non habeant, ff. de pęn. & in l. 1. in ver. non poſſunt. C. de hæred. inſtit. ibique Bald. Salic. Fulgoſ. & Franciſc. Aret. Alciatum in l. Gallus 29. in princ. nu. 1. ff. de liber. & poſthu. hæred inſtit. & ibidem Marcum Aquilinum in §. & quid, ſi tantum 5. nu. 62. Paulum de Caſtro in l. 3. nu. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Fernandum Vaſquium de teſtator. potēt. §. 1: circa princip. Bellonum, & Tobiam Nonium in princip. num. 7. & 21. Inſtitut. de teſtam. ordin. Guliel. Forſterum lib. 2. diſput. 12. theſ. 3. Goeddæum in comment. de contrah. & committ. ſtipulat. c. 2. concl. 1. num. 22. Ant. Fabrum, par. 2. de erroribus pragmaticor. Decad. 36. err. 2. Hœnonium diſp. 7. controuerſ. 1. Matthiam Stephani cent. 2. q. 51. Martinium Schicardum diſp. 7. theſ. 1. lit. B. *Harprec.*

2 *De iure gentium.*] Hanc † Iulij Clarij aſſertionem, præter Doctores ab eo laudatos, ſequuntur Viglius in §. ſed prædict. 2. nu. 4. & ſeqq. Inſtit. de teſtam. ordin. Theophilus in §. ius autē ciuile 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. Connanus lib. 9. Cōment. iur. ciu. c. 1 nu. 3. Cramerus diſcept. 11. poſit. 9. Gutier. in l. nemo poteſt 55. nu. 79. ff. de legat. 1. Turzan. in theſaur. cōmun. opin. in dictione teſtamentum, num. 1. & 2. Villalobus in eadem dict. numer. 20. & Soarez nu. 11. Duarenus ad tit. ff. qui teſta. fac. poſſ. c. 1. verſic. hinc tractatur quæſtio, &c. Pinel. in rub. C. de reſcindend. vendit. par. 1. c. 1. nu. 23. Vulteius in §. ſed vt nihil 1. num. 1. Inſtit. de teſt. ordin. Arumæus exercitat. Iuſtin. 7. theſ. 3. Schneidevvinus, nu. 12. cum ſeq. & Petrus Ricciar. nu. 153. ad prin. Inſtit. de teſtamen. ordin. Treutler. vol. 2. diſp. 10. theſ. 1. Dauth. in tract. de teſt. nu. 82. Angel. Mattheac. li. 1. de via iur. c. 34. nu. 26. Hilliger in Donello enucleat. li. 6. c. 4. lit. A. Hachelman. Diſp. illuſtr. 16. th. 1. Reuſ. in tract. de teſtam. p. 1. c. 4. nu. 2. & 17. Cuiac. ad l. 1. & 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Paulus Berens Diſput. 6. ad Inſtit. them. 1. q. 1. Heyman. Meyrer. in tract. de teſtamentar. ſucceſſionib. lib. 1. tit. 2. nu. 1. Andr. Gerhard. Exercitat. Iuſtin. 7. q. 1. Iacob. Richius in tract. de vnione prol. c. 3 num. 44. Hieron. de Cæuallo in ſpeculo aur. opin. comm. cōtra comm. q. 512. Gilchenius in trac. de præſcriptionib. par. 3. c. 3. nu. 150. cum ſeqq. & ad l. 1. C. de hæredit. inſtituen. nu. 5. & ſeqq. pluresque alij, ab his citati. *Harprec.*

d *A iure ciuili.*] Item quod teſtamentum origine ſit de iure gentium, licet eius forma ſit de iure ciuili, commune, vide ple-

## QVÆSTIO II.

I Q*Væro, quo iure introducta ſit teſtamēti factio?*
a [a] *Reſpō. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd teſtamentū*
b *eſt* [b] *de iur. ciu. et dicit Guliel. de Bened. in prima part. repet. c. Raynutius, fol. 159. nu. 2. de teſtam. quod ita cōmuniter tenetur. Ita etiā tenere cōmuniter Doctores atteſtatur Port. Inſtit. de teſtam. in princ. n. 11. Tu dic, quod teſtamētū ipſum*
c *iuuētione eſt* [c] *de iure gentium, ſed ſolemnitates, in eo requiſi-*
d *tæ, ſunt inuentæ iure* [d] *Ciuili, & Prætorio. Et hanc opinion. quod teſtamentum ſit de iure gentium, tenuit Bart. in leg. interdum, num. 7. de condict. indebit. quam etiam dicit eſſe magis communem, Cornel. in l. ſi teſtamentum, num. 2. & 3. C. de teſtament. Iaſ. in repet. leg. admonendi, poſt numer. 184. verſic. ſubdit tamen, ff. de iureiuran. & in dict. l. interdum, numero 4. quem refert Didac. lib. 3. Reſolution. cap. 6. nu. 7. & dicit Io. Annib. in repet. leg. nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 189. quod ita concludunt communi-*



e *ter Doct.* [e] *Videmus enim quod antequam eſſet introductum ius ciuile, apud antiquiſſimas gentes, erat in vſu, vt patresfamilias de rebus ſuis in caſum mortis, ad eorum libitū diſponerent. Et licet poſteà ius ciuile introduxerit ſolemnitates, quæ ad teſtamenta conficienda requiruntur, tamen inuentio (vt dixi) ipſius teſtamenti fuit introducta à iure gentium Neque putes, quod hęc quęſtio ſit prorſus inutilis, quia immo*
f *eſt* [f] *maximi effectus. Nam ſi*
g *teſtamentum eſt de iure* [g] *gentium, nō poterit Princeps auferre dominium alicui quæſitū ex teſtamento; quod tamen fa-*
h *cere poſſet,* [h] *ſi eſſet de iure ciuili, vt declaraui ſupra, libr. 2. §. Princeps.*

3 e *Videmus enim, &c.*] Præter hanc † rationem, afferuntur
& aliæ, quibus oſtenditur, teſtamentum quoad originem ſuam,
& inuentionem iuris gentium; quoad formam verò, & ſolem-
nitatem, iuris ciuilis eſſe.
4 Primò † enim id, quod confirmat, nihil noui, aut proprij
tribuere intelligitur. l. & quia 6. ff. de iuriſdict. cap. cum inter. 13. de ſent. & re iudic. cap. cum dilecta. 4. de confirmat. vtili, vel inutili. Ius autem ciuile eam hęreditatem, quę teſtamento defertur, confirmat, l. lege obuenire. 130. ff. de verbor. ſignificat. Ergo ius ciuile nihil proprij tribuit teſtamento: & conſequenter teſtamentum non ex iu-
re ciuili, ſed ex communi omnium gentium iure deſcēdit. De-
5 inde † quiſque dominus iure gentium liberam habet de rebus
ſuis diſponendi facultatem inter viuos, §. per traditionem 40.
Inſtit. de rer. diuiſ. l. in re mandata 21. C. mandat. Multo igitur
magis eodē iure quilibet poteſtatē habere debet de rebus ſuis
6 per vltimam voluntatē diſponendi: cum † diſpoſitio per vlti-
mam voluntatē longè fauorabilior ſit diſpoſitione inter viuos,
7 argum. totius tit. Inſtit. de leg. Fuſ. Canin. tollend. † inſuper qui-
libet beneficia, iure ciuili quæſita, paciſcendo amittere poteſt.
8 l. penult. C. de pact. Atqui † facultas teſtandi nulla conuētione,
aut renunciatione amittitur, l. pactum. 15 C. de pact. l. vlt. ff. de
9 ſuis & legit. l. hæreditas. 5. C. de pact. conuent. Ad hæc † qua ra-
tione maris, & fęminę coniunctio iuri naturali adſcribitur, in
princ. tit. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. quāuis forma cōiunctio-
nis ex iure ciuili deſcendat, initio tit. Inſtit. de nupt. tot. tit. ext.
de ſponſalib. eadem quoque ratione teſtamenta, quæ originē
ſuam à iure gentium, formam autem à iure ciuili acceperunt,
non iuri ciuili, ſed iuri omnium gentium adſcribi debent. Præ-
10 tereà † cum ius ſuccedendi ab inteſtato iuris ſit gentium, &
naturalis, propter votum, ac voluntatem parentum. l. nam etſi
15. in princ. ff. de inoffic. teſtam. l. cum ratio. 7. in princip. ff. de
bonis damnator. l. ſcripto. 7. in fine. ff. vnde liberi, l. vlt. C. quo-
rum bonor. can. ius naturalē. 7. diſt. 1. Eidem iuri naturali om-
ninò conſentaneum eſt, vt expreſſa etiam voluntas deceden-
11 tis rata habeatur. Denique † cum princeps poſſit tollere ea,
quæ iuris ciuilis ſunt, arg. l. princeps 31. ff de legib. non tamen
poſſit teſtamentum iure perfectum reſcripto ſuo reſcindere, l.
ſi teſtamentum 10. C. de teſt. inde conſequens eſt, teſtamenti
factionem, ipſumque teſtamētum ex iure gentium, non ex iu-
re ciuili originem habere.
Huic veriſſimæ, & crebrioribus DD. votis receptæ ſenten-
12 tiæ non aduerſatur, quòd † forma dat eſſe, & originem rei, l. Iu-
lianus 9. §. ſed ſi quis in fin. ff. ad exhibend. l. ſi is, qui 80. §. 1. ff.
ad leg. Falcid. d. l. cum hi. 8. in princ. & §. ſi prætor. 17. ff de trā-
ſaction. l. mulieris 13. ff. de verb. ſignif. Teſtamenta autē formā
ex diſpoſitione iuris ciuilis accipiunt, l. hac conſultiſſima 21. C.
de teſtam. Proinde teſtamenta iuris ciuilis eſſe putantur. Nam
13 † licet forma teſtamenti condendi inter ciues Romanos iuri
ciuili debeatur, vna cum ſuis beneficijs, l. 1. ff. ad leg. Falci. aliud
tamen fuit in teſtamentis nationum externarum, quę iure gē-
tium & propria forma conficere teſtamenta potuerunt: vt fue-
runt Græci, Syri, Ægyptij, &c. Hos enim ante conſtitutionem
Imper. Antonini; l. in orbe 17. ff. de ſtat. hom. teſtamentum fa-
cere potuiſſe, non dubitandum eſt: tametſi eorum in teſtamen-
14 tis beneficia † iuris ciuilis locū habuiſſe, probabile non videa-
tur: veluti ius accreſcendi, l. triplici. 142. ff. de verb. ſignific. do-
minij, ſine apprehenſione poſſeſſionis transferendi, l. cum hæ-
redes 23. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. quacunq; lin-
gua teſtandi, d. l. hac cōſultiſſima 21. § fin. C. de teſt. leg. Falcid.
d. l. 1. ff. ad leg. Falcid. ſenatuſcōſulti Trebell. l. 1. ff. ad S. C. Tre-
bell. certæ portionis duntaxat filijs, aut hæredibus inſtitutis re-
linquendæ, & de cæteris bonis liberè diſponendi, d. l. 1. ff ad leg.
Falcid. l. verbis 120. ff. de verb. ſignif. l. parentibus 8. C de inoffic. teſta. Nouell. 22. c. verſic. diſponat.
15 item quod † legata, & fideicommiſſa, nedū actionem in perſonam, ſed etiā in rem, & hypothecariam pariat, l. 1. & 2. C. communia de legat. & fideicō miſſ. Reliqua plura, quæ huic aſſertioni opponi ſolent, argumēta abundè refutauimus, ad princip. tit.
Inſtit. de teſt. ordin. nu. 76. & ſeqq. *Harprec.*
16 *Eſt maximi effectus.*] Adde rationem: quia † ſi affirmetur,
teſtamentum introductum eſſe iuri ciuili poterit ſtatuto diſpo-
17 ni, vt nemo condere teſtamentum valeat; cum † vnum ius ci-
uile tollat alterū, argum. l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. iur. Si
verò dicatur, iure gentiū illud introductum eſſe: nō poterit ſta-
18 tuto tolli teſtamenti factio: cum † iura gentium ſemper firma
permaneant, & iure ciuili tolli haud queant, §. penult. Inſtit. de
19 iur. nat. gent. & ciu. Huic conſequens eſt, ne quidem † Princi-
pem ex plenitudine poteſtatis priuatorum teſtamētis deroga-
re, aut ſuccedendi modum à teſtatore ordinatum alterare, vel
immutare poſſe, d. l. ſi teſtamentum 10. de teſt. l. reſcripta 7. C.
de precib. Imp. offeren. l. ſi donationem. 5. C. de reuoc. donatio-
20 nibus. Huiuſque ratio eſt perſpicua: Tum † quia ea, quæ iuris
gentium ſunt, à Principe ſine iuſta cauſa immutari nequeunt,
dict. §. penul. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. l. omnes populi 9. ff.
de iuſt. & iur. Tum quia iniurioſum eſt, & indignum maieſta-
ſtate regnantis, alicui quæſitum ius vigore cuiuſdam reſcripti
auferre, argum. l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur. l. cum re 9. C.
de donat. ante nupt. l. ius ciuile 12. C. de rei vendic. aut contra
ius, cum alterius iniuria, vana, atque inania beneficia conferre,
21 l. nec auus 4. C. de emancipat. liber. maximè † cum publicè ex-
pediat, ſuprema hominum iudicia exitum habere, l. vel nega-
re 5. ff. de teſt. quemad. aperiant. l. 1. in princip. ff. ſi quis omiſſa
22 cauſ. teſtamēti, &c. nec † quicquā magis hominibus debeatur,
quam vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle nō poſ-
ſunt, liber ſit ſtylus; & licitū, quod iterum non redit, arbitrium,
reſcribente Conſtantino Imper. in l. 1. C. de ſacroſ Eccl. Atque
ea de re videantur Fernand. Vaſq. lib. 1. controu. illuſtr. cap. 5.
nu. 21. Didac. Couar. li. 3. var. reſolut c. 6. nu. 5. & ſeq Pinel. in
rubr. C. de reſcind. vend. p. 1. c. 2. nu. 16. Gail. li. 2. obſeru. 58. nu.
9. Dec. conſil. 357. num. 5. & conſ. 557. nu. 4. &c. Reuſner. p. 1.
de teſt. c. 4. nu. 33. & ſeqq. Menoc. conſ. 20. nu. 1. & conſil. 321.
num. 35. Franc. Mantica lib. 11. de coniect. vltim. volunt. tit. 12.
nu. 32. Cęph. conſ. 111. nu. 38. & conſ. 186. nu. 37. Mich. Graſſ.
li. 1. recept. ſent. §. 1. nu. 8. & Pruchman. in tract. de Regalibus,
c. 4. mēbr. 3. effect. 8. vbi plures vtrāque in partem alleg. ſuſpici
quoq. poterūt illa, quæ de Principis poteſtate fuſius annotaui
ad princ. tit. Inſt. de rer. diuiſ. n. 95. & multis ſubſeqq. *Harprec.*
g *De iure gentium.*] Et in teſtamento facto inter liberos,
quod omnis ſolemnitas iuris ciuilis, & poſitiui remiſſa cenſea-
tur, ſola iuris gentium ſolemnitate in illo ſeruata, commune,
vide per Bero in q. 36. num. 5. quod etiam dixi in collecta mea
commun. opin. verb. teſtamentum, nu. 42. *Giach.*
h *Poſſet.*] Eruditiſſimè Ari. Pinel in 1. par. rub. l. 2. C. de reſc.
ven. c. 2. eorū ſententiā explodit, qui dominiū iure ciuili quæſi-
tum facilius per Principem adimi poſſe exiſtimant. *Gouean.*

## QVÆSTIO III.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quot ſint genera teſtamentorum.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ olim teſtamentorum genera.*
2 *Teſtamentum aliud ſolemne, aliud minus ſolemne.*
3 *Solemne, vel ſcriptum, vel nuncupatiuum dicitur:*
4 *Solemne ſcriptum teſtamentum quid:*
5 *Solemne nuncupatiuum teſtamentum quid.*
6 *Minus ſolemne teſtamentum quid, & quotuplex.*
7 *Paganum quid.*
8 *Militare teſtamentum quid.*

## ADDITIONES.

a 1 M*Vltæ poſſunt enumerari diuiſiones teſtamentorum.*] Adde, † quod ex antiquis illis tribus teſtamentorum generibus ( quorum vnum calatis comitijs, alterum in procinctu, tertium per æs, & libram fiebat, de quibus in §. ſed vt nihil antiquitatis. 1. Inſtitut. de teſtamen. ordinand. ibique Theophilus, viglius, Mynſingerus, Borcholt. Heigius, & alij de ijſdem inſpiciantur. A. Gellius lib. 15. noct. Attic. cap. 27. Marcus Cicero lib. 1. de Orator. & libro 1. de natura Deorum. Plutarchus in Coriolano, Vlpianus in fragment. Inſtitut. titul. 20. Coraſius lib. 5. Miſcellan. iur. ciuil. c. 12. Connan. lib. 9. Commentar. iur. ciuil. c. 1. nu. 4. Petr. Gregorius lib. 42. ſyntagm. iuris vniuerſ. capitul. 3. Forcatul. Neciomant. Dialog. 14. & Hilliger. in Donello enucleat. lib. 6. cap. 6. ad litt. B. ) ſublatis. & abolitis,
2 alia duo † Diuorum Principum Conſtitutionibus conformata deſtruxerunt: ſolemne ſcilicet, & minus ſolemne. Dominicus Arumæus exercit. Iuſtin. 7. theſ. 4. D. Obrecht.
3 diſput. 19. de ſucceſſ. teſtamentar. theſ. 135. Quorum † illud vel ſcribitur, & ſcriptum: vel viua voce nominato hærede nuncupatur, & nuncupatiuum dicitur, §. ſed cum paulatim 3. & §. fin. ibique Doct. de teſtamen. ordinan. l. hæredes palam. 21. ff. qui teſta. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima 21. in princip. & §. per nuncupationem 2. l. in teſtamentis 26. & l. iubemus 29. C.
4 de teſtam. Solemne † ſcriptum teſtamentum eſt, in quo hæredis nomen ſcribitur: quodque ſeptem teſtium ſubſcriptionibus, & ſignaculis vnico contextu celebratur, dicto §. ſed cum paula-
5 tim 3. Inſtitut. de teſtam. ordin. Solemne † nuncupatiuum teſtamentum eſt, quo hæredis nomen palam, & apertè coram ſeptem teſtibus nuncupatur, & vnico cõtextu abſoluitur, d. §. fin. Inſtit. dict. tit. d. l. hæredes palam 21. ff. qui teſt. face. poſſ. d. l. hac cõſultiſſima 21. §. 2. & dict. l. iubemus 24. C. de teſt. Donel. li. 6. Commentar. de iur. ciuil.
6 c. 10. Minus † ſolemne teſtamẽtũ dicitur, quod certè quidẽ, at non cõmuni, & cõſueta iuris teſtamẽtarij forma conficitur. Hocq; vel paganũ perhibetur, vel militare. Pa-
7 ganum † eſt, quòd fit à paganis, ea forma, quæ ſingulari iure eſt conſtituta. D. Obrecht. d. diſput. 19. theſ. 162. vt eſt teſtam. à ruſticis, vel à parentibus inter liberos, vel ad pias cauſas, &c. cõfectum; de quibus ſuis locis copio-
8 ſius acturi ſumus. Militare † teſtamento eſt, quo miles in expeditione conſtitutus, quoquo modo de rebus ſuis diſponit, quid de ijs poſt mortem ſuam fieri velit, l. 1. ff. de teſt. milit. l. 3. C. eo. initio, tit. de Inſtit. de milit. teſt. Item adde ad hanc quæſtionem videndum Nicol. Reuſ. in tract. de teſt. p. 1. c. 11. & Io. Dauthiũ in tract. de teſt. nu. 119. & ſeq. pag. mihi 115. qui varias teſtamentorum diuiſiones diligenter recenſet. *Harprec.*

## QVÆSTIO III.

1 Q*Væro, quot ſint genera teſtamentorum? Reſpond.* a *quod multæ poſſunt enumerari diuiſionem teſtamentorum, tam reſpectu formæ, & ſolemnitatis in eis requiſitæ, quam priuilegiorum; quæ ſiue propter perſonam eius, qui condit teſtamentum, ſiue eius, qui in teſtamento hęres inſtituitur, ſiue propter cauſam, in quam aliquid relinquitur, ipſis teſtamentis à iure communi conceſſa ſunt. Reſpectu formæ dicimus, quod aliud eſt teſtamentum in ſcriptis, aliud eſt teſtamentum nuncupatiuum, de quibus infra q. 4. Reſpectu priuilegiorũ habes, quod aliud eſt teſtamentum conditum ad pias cauſam, aliud cõditum ad profanas, de quibus infra q. 6. & 7. Aliud eſt teſtamentum conditum inter liberos, aliud conditum inter extraneos, de quibus infra quæſt. 8. & ſeq. Aliud eſt teſtamentum militis, aliud teſtamentum pagani, de quibus infra q. 15. Aliud eſt teſtamentum cæci, aliud non cæci, de quo dixi infra quæſt. 17. Solemus etiam dicere, quod aliud eſt teſtamentum validum, ſiue ſolemne; aliud inualidum, ſiue minus ſolemne; de quibus multa dicemus in diſcurſu materiæ, & maximè q. 89. & ſeq.*

## QVÆSTIO IV.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quid differat Teſtamentum nuncupatiuum à teſtamento in ſcriptis.*
2 *Et an teſtamentũ conditum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis non ſeruatis ſolẽnitatibus requiſitis, valeat vt nuncupatiuũ.*
3 *Et an teſtamentum factum per relationem ad aliquam ſchedulã teſtibus non lectam, valeat.*
4 *Et quid ſi Notarius per errorem appoſuerit clauſulã, quod nõ valeat niſi iure codicilli, an ſuſtinebitur in vim teſtamenti.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum, vnde ſic appelletur.*
2 *Nuncupatiuũ teſtamentum, quæ habet cum ſcripto cõmunia, quæ item ſingularia.*
3 *In teſtamento nuncupatiuo teſtator volũtatem ſuam teſtibus reuelare cogitur: non item in ſcripto.*
4 *Si teſtator plures hæredes palã nuncupare voluerit, & quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret, obmutuerit, an teſtamentum eius ſaltem ex parte ſubſiſtat.*
5 *Mens, & ſententia l. iubemus. 29. C. de teſtam.*
6 *Separatorum ſeparata ratio.*
7 *An teſtamentũ factum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, nõ ſeruatis ſolẽnitatibus requiſitis, valeat vt nũcupatiuũ, remiſ.*
*7 *Teſtamẽta duo ſi reperiantur, vnum publicum, alterum priuatum, cui ſtandum.*
8 *Nunquid teſtamentum factum per relationem ad aliquã ſchedulam, teſtibus non lectam, ſubſiſtat remiſſiuè.*
9 *Hæredis inſtitutio deſcripta in ſchedula, quæ penes aliquem reperitur, an valeat.*

## QVÆSTIO IV.

1 D*IXI, quod aliud eſt teſtamẽtum conditum in ſcriptis, aliud nũcupatiuum. Scire debes, quod teſtamentum in ſcriptis eſt, in quo interueniunt ſolemnitates requiſitas in l. hac conſultiſſima in*
a *princ. C. de teſtam.* a *Nuncupatiuũ autẽ eſt illud, quod cõficitur per nuncupationem ſine ſcriptis, iuxta formam, de qua in l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, & intellige, quod omne teſtamentum, in quo non ſunt ſeruatæ ſolemnitates poſitę in d. l. hac cõſultiſſima, in princ. dicitur nuncupatiuum, etiamſi ſit in ſcriptu-*
b *ram* b *redactũ: prout quotidiè fieri videmus per Notarios, qui teſtamenta, de quibus ſunt rogati, in publica inſtrumenti forma conficiunt. Nam nihilo minus dicuntur nuncupatiua, & ſine ſcriptis, ex quo eo caſu ſcriptura non interuenit pro forma, ſed ſolummodo ad faciliorem probationem. Poſſet enim etiam ſine ſcriptura confici, & per teſtes ſolos probari vt dixi infra lib. 6.*

2 c *Sed* c *quæro: Pone quod aliquis velit teſtari in ſcriptis, et teſtetur, ſed non ſint in confectione ipſius teſtamenti ſeruatæ aliquæ ex ſolẽnitatibus requiſitis ad teſtandũ in ſcriptis iuxta diſpoſitionem dict. l. hac conſultiſſima, in princip. puta quia omnes teſtes non ſubſcripſerunt, vel eorum ſigilla non*
d *appoſuerunt, nunquid* d *tale teſtamẽtum valebit ſaltem iure teſtamenti nuncupatiui? Reſpon. quod ſic. Ita tenet Bartol. in l. ſi. ff. de iure codicill. prout illum refert Goz. conſ. 3. n. 11. qui dicit, quod ita eſt communis opin. ſcribentium. Sed certè iudicio meo Goz. fallitur in allegato conſ. neque Bart. aut Doct. per eum allegati hoc dicunt, proptereà tenenda eſt opi. Bart. in d. l. ſi. in fin. diſtinguentis poſt Dyn. ibi, quod ſcilicet aut conſtat, quod teſtator voluit teſtari in ſcriptis, & ſi deficiat ſolẽnitates requiſitæ, nõ ſuſtinetur teſtamentum, neque etiam iure teſtamenti nũcupatiui. Aut non conſtat, & tunc licet cęperit teſtari, vt in ſcriptis, valet nihilominus, vt nũcupatiuum. Sumenda eſt enim ſemper illa interpretatio, per quam actus ſuſtinetur, niſi volũtas teſtatoris deficiat. Et ita ſentiunt fere omnes Doctor. in hac materia loquentes.*

3 e *Sed* e *pone: Aliquis ſcripſit manu ſua, vel etiã ſcribi fecit ab alio ſuã vltimã voluntatẽ: deinde coram ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuum teſtamẽtum, & quod ita diſponebat de bonis ſuis, vt legebatur in ipſa ſcriptura, quæ tamẽ teſtib. le-*
f *cta non fuit: Quæro,* f *nunquid tale teſtam. valeat? Reſp. ſi ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res nõ haberet magnam difficultatem, quia ſatis eſſet, quod appareret de voluntate diſponentis relata ad illã ſcripturam, iuxta vulgatã doctrinã Bart. in l. ſi ita ſcripſero, nu. 1. ff. de cond. & demonſt. de qua dixi ſupra §. legatũ. ſed*
g *maior eſt difficultas* g *in inſtitutione hæredis vniuerſalis. Quia nõ videtur poſſe valere, vt teſtam. in ſcriptis, ex quo nõ ſunt ſeruatæ ſolemnitates ſubſcriptionum, & ſigillorũ. Non videtur etiam poſſe valere, vt nuncupatiuum, ex quo teſtator voluntatem ſuam teſtibus non manifeſtauit, prout requiritur in d. §. per nuncupationẽ. Con-*
h *traria tamen* h *tenenda eſt, quod ſcilicet valeat in vim teſtamenti nuncupatiui. Satis enim videtur teſtator ſuam*

## ADDITIONES.

1 a N*Vncupatiuum.*] Adde, quod † teſtamentum nuncupatiuum inde ſic eſt appellatum, quod teſtator palam coram ſeptem idoneis teſtibus ad id nominatim rogatus, nullo alieno actu interpoſito, hæredis nomen, totamque ſuam voluntatẽ nuncupet, ſiue exponat. §. vltim. Inſtitut. de teſtament. ordinand. l. hæredes palam 21. ff. qui teſtament. face. poſſ. l. hac conſultiſſima 21. §. per nuncupationem. 2. & l. iubemus 29. C. de teſtam. latè Reuſner. in tractatu de teſtam. par. 3. cap. 29. nu. 2. Ex quo haud obſcurè liquet: nuncupatiuũ
2 hoc † teſtamentum non ſolum cum ſcripto habere commune, vt ſeptem idonei, & rogati teſtes adhibeantur, teſtatioque vno contextu fiat: ſed etiam duo habere ſingularia: primum quod fieri poſſit ſine vlla ſcriptura, vel ſubſcriptione, aut ſubſignatione teſtium, alterum quod fiat nuncupatione: quæ in eo vertitur, vt teſtator vltimam voluntatẽ ſuam palã, hoc eſt, clarè, & intelligenter, ita vt à teſtibus exaudiri poſſit, nũcupet, atque declaret, Donel. lib. 6. Coment. de iur. ciuil. c. 10. pag. 19. D. Obrecht. diſp. 9. de ſucceſſ. teſt. theſ.
3 155. & ſeq. Itaque † in nuncupatiuo hoc teſtamento teſtator voluntatem ſuam teſtibus reuelare cogitur; in teſtamento autem ſcripto celare poteſt; d. l. hæredes palam, 21 ff qui teſt. fac. poſſ. d. l. hac conſultiſſima 21. in princ. & §. per nuncupationem 2. C. de teſt.

Quia verò ex ſupra dictis colligere promptum eſt teſtamẽ-
4 tum † nuncupatiuum in vno contextu temporis, vnoque actu continuo fieri debere: non abs re quæritur, ſi teſtator plures hæredes palam nuncupare voluerit, & quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret, obmutuerit, hoc eſt, in ſermone deferit, vi morbi ſubita, ſiue epilepſia, ſiue apoplexia impeditus, ita vt nihil amplius loqui potuerit: vtrum teſtamentũ eius, ſaltem ex parte, valeat? Et nulla ex parte, valere, reſponſum eſt in l. ſi is, qui 25. ff. qui teſt. face. poſſ. Huiuſq; euidens eſt ratio: quia non reputatur teſtamentum, niſi ſit ſuprema voluntatis conteſtatio, l. 1. ff. qui teſt. face. poſſ. Atqui ſupremã volũtatẽ pro parte teſtatam, pro parte inteſtatã relinquere nõ poſſumus, l. ius noſtrum 7. ff. de regul. iur.
5 Cui † non refragatur dict. l. iubemus 24. C. de teſta. vbi dum expreſſum eſt, pluribus teſtamento hæredibus ſcriptis, quamuis aliquid hæredes non ſint proprio teſtatoris chirographo ſubnotati, eos tamen hæredes fore, qui ſcripti ſint manu teſtatoris: dicendum eadem ratione videtur, ſi teſtator quorũdam hæredum nomina ipſis teſtibus nuncupauerit, ſiue expoſuerit, quorundã reticuerit, eos ſolos, qui nuncupati ſunt, ſuccedere. Non inquã, lex iſta refragatur. Præterquam enim, quod ius illud de nominibus hęredum à teſtatore propria manu, vel teſtiũ, ſcribendis, abrogatũ eſt Nouel. 119. c. 9. loquitur etiã allegata lex in alio planè diſſimili, ac diuerſo caſu. Se-
6 paratorum † igitur ſeparata eſt ratio, l. Papinianus 20. ff de minorib. 25. annis, l. vlt. ff. de calumn. l. qui fundum 7. §. 1. ibi, propriã, ac ſeparatã conditionẽ habent, ff. pro empt. Nã in d. l. ſi is, qui 25. ff. qui teſt. fac. poſſ. idcirco nulli ſunt hæredes: quia teſtator teſtamentum quidẽ facere cępit, ſed non perfecit, id eſt, voluntatem totã non nuncupauit. Aſt in d. l. iubemus 29. C. de teſt. proptereà quidam hæredes manent: quoniam teſtator teſtamentũ per ſcripturam perfecerat, & omnes, quos voluit eſſe hęredes, ſcripſerat: ſed non omnium hæredũ nomina proprio chirographo ſubnotauerat, aut nuncupauerat: & ſic rectè Imperator cenſet,
7 † non totum teſtamẽtum per hoc infirmari: ſed eos dumtaxat hæredes, qui ſubnotati, aut nuncupati non ſunt, ab hæreditate repelli. Ita benè explicat Nicolaus Reuſner. d. tract. de teſtam. par. 3. cap 29. nu. 25. *Harprec.*

*7 b *Redactum.*] Quando duæ † ſcripturæ teſtamenti reperiũtur, vna publica, & authentica, altera verò priuata, & protocollum eorum reperitur, cui ſit ſtandum? Vide per Cęphal. conſil 238. *Giach.*

c *Sed quæro.*] De hac quæſtione (an teſtamentum conditum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis, valeat, vt nuncupatiuum ) omninò videndi ſunt. Fernand. Vaſquius in tractatu de ſucceſſ lib. 2 § 2. num. 11. & ſeqq. eumq; referens Iac. Menoch. in tract. de præſũpt. lib. 4. par. 2. præſumpt. 2. nu. 14. & ſeqq. vbi tres caſus accuratè diſtinguit, & declarat. *Harprec.*

d *Tale teſtamentum.*] Vide de hac quæſtione Thom. Gram. deciſ. 62. nu. 24. & 25. Afflict. dec. 143. Soc. conſ. 175. vol 2. Cæphal. conſ 99 num 16. vol. 1. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. per nũcupationem, C. de teſt. *Gouean.*

e *Sed pone aliquis ſcri-*
8 *pſit, &c.*] Adde † de iſta quæſt. (an teſtamentũ factum per relationem, ad aliquam ſchedulam, teſtibus non lectam, ſubſiſtat) diuerſimodè ſentiẽtes Viglium nu. 2 & Myſinger. nu. 3. in §. vlt. Inſtit. de teſtam. ordinand. Dn. collegam Bocerũ claſſ. 3. diſp. 2. theſ. 48. edit. 2. Arumę. Exercit. Inſtit. 8. theſ. 5. Reuſn. d. c. 29. num. 18. & 28. Harmanum Piſtor. li. 1. quæſt. iur. q. 1. num. 10. Maſcar. in tract. de probationibus, volu. 1. concluſ. 1352. nu. 73. Calcan. conſil 90. nu 5. Gozad. conſ. 3. nu. 16. Pariſ. conſil. 19. nu. 26. vol. 3. Couar. in c. cum tibi nu 5. de teſtam. Alciatum conſil 126. n. 1. & 2. lib. 9. Graſſ. lib. 1. recept ſent. §. inſtitut. q. 16. nu. 3. Mantic. de coniect. vltimar. volun. lib. 4. tit. 3. num. 11. Ant. Gabr. lib. 4. commu. concl. tit. de teſt. concluſ. 11. num. 4. Boer. deciſ. 249. Thadæuũ Piſonẽ lib. 2. var. reſol. ca. 2. nu. 2. & alios plures ab his deſignatos. *Harprec.*

f *Nunquid tale teſtamentum valeat.*] Quod valeat de generali conſuetudine, dixi in ſing. meis ſing. 280 vt ibi. *Giach.*

g *In inſtitutione.*] Quid ſi teſator dixit, inſtituto illum, cu-
9 ius nomen eſt deſcriptum † in quadam mea ſchedula, quam depoſui penes Guardianum obſeruantiæ B. Franciſci, an valeat? quod ſic: vt per Ang. de Aret. in §. 1. nu. 6. Inſtit. de teſtamen. vbi Additio. And. Gail. poſt alios dixit, quod ſi teſtator grauauerit hæredem dare illud, quod continetur in dicta ſchedula, quam reliquit penes Guardianum, ſi recognoſcatur, ſaltem per comparationem, hæres cogitur adimplere legata virtute teſtamenti, ſecundum dictam ſchedulam, & tenuit Rimin. in conſil. 449. nu. 24 Et quid quo ad inſtitutionem, per eundem conſil. 379 n. 49. *Giach.*

h *Contraria tamen opinio.*] Et hanc ſequitur tũ quoad legata, tum quoad hæredis inſtitutionem, Soc. in l. ſi ita, ff. de cond. & demon-